



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

Tractatus X. De Indulgentiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

TRACTATVS X.

De Indulgentiis.

ARTICULUS I.

*Quæ Indulgencie specialiter datæ sint pro
partibus missionis?*



N primis in facultatibus dari solitis
Regularibus conceditur facultas con-
cedendi Indulgenciam plenariam
primò conversis ab hæresi.

2. Idem concedendi fidelibus quibuscum-
que in articulo mortis, saltem contritis si con-
fiteri non poterunt.

3. Lucrandi sibi eandem Indulgenciam.

Item Paulus V in Bullâ editâ anno 1606.
concessit omnibus Regularibus quotiescum-
que de licentiâ summi Pontificis & suorum su-
periorum in ditiones & terras infidelium aut
Hæreticorum ad concionandum, aut Catholi-
cos docendum, vel infideles & hæreticos ad
fidem convertendum, & Ecclesiæ gremio re-
ducendum missi fuerint, si pœnitentes & con-
fessi, ac Sanctissimâ Communione refecti
fuerint, vel Missam celebraverint; ut melius
ad hujusmodi opus se præparare valeant: pro
duabus

duabus. vicibus , videlicet quando itineri se accinxerint , & quando in Provinciam , ubi prædicta opera eis exercenda erunt ingressi fuerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem. Sic refert Verricelli de Apost. Mission. quæst. 98. §.25.n.144.

ARTICULUS II.

Vtrum Regulares in Missione habeant easdem Indulgentias, quas habent in partibus Catholicorum; Et easdem confraternitates.

Resp. Affirmativè , uti expressè declaravit Urbanus VIII. in suâ Bullâ Salvatoris darâ pro Clero & Religiosis Missionariis in fæderatis Belgij Provinciis die v. May 1626. & confirmatâ ab Alexandro VII. in suis litteris per formam Brevis Dudum datis. 20. Septem. 1656 ubi sic habetur §. 17. *Quoad publicationem Indulgentiarum poterunt Regulares & Patres Societatis illas publicare, quas Ordines & Societas habet, & habetens habuit, ubique ierrarum, vel in partibus Germaniae, & Belgii in universum, edocto semel Vicario facultatis; neque Vicarius impediet vel interdicit.*

396 TRACTATUS X.

cet. Et idem conceditur in eādem Bullā circa confraternitates, §. 18. Quoad institutionem fraternalium, & Sodalitatum, permittat Vicarius Regularibus & Patribus Societatis, illas que à Sede Apostolicā approbatæ, & ab Ordinibus assignatae sunt, ita tamen ut nemo astringatur & teneatur ad particulares Confessarios, vel ad Sacra menta ab illo Ordine solum percipienda.

Noluerunt enim illi summi Pontifices, Regulares qui ibi cum tanto labore & tot periculis operantur in vineā Domini, nec fideles Catholicos facere deterioris conditionis, quām sunt fideles in partibus Catholicis, imo Ecclesia uti pia mater majorem solet compassionem habere cum illis suis filiis, tot persecutio nes patientibus, ac proinde noluit eos illis spiritualibus consolationibus, quibus alibi gaudent, esse frustratos.



TRACTATUS X.